

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.U.D. &
Prof. Ad Exequias Quas ... Vir Dn. M. Nicolaus Ridemannus, Ecclesiae Marianae
Diaconus ... Filiolae ... Annae paratas cupit Omnes omnium ordinum Cives
Academicos officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775776866>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.

in

A. Ridemann.

Rostock, 1651.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775776866/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775776866/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HENRICVS RAHNE,
J. U. D. & Prof.


Ad Exequias

Quas
Reverendus & Clarissimus Vir

DN. M. NICOLAUS
RIDEMANNUS,
Ecclesiae Marianæ Diaconus
fidelissimus
Filiola sua desideratissima
ANNÆ

paratas cupit

Omnes omnium ordinum Cives Academæ officiosè invitati.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
Annô M. DC. LI.

5084





Yrrhonem illum Helen-
sem, principem sectæ Apo-
reticorum accepimus
miratum præcipue in Ho-
mero fuisse, & adsiduè in
ore habuisse Glauci illum
versum, quo terræ inco-
la homines arborum fo-

liis similes facit, cum ait:

Οἴηπες Φύλλων γένεν; τίνδε νοὶ ἀνθρώπων

tale quidem genus est hominum, quale est fo-
liorum.

Et sane

ut in silvis auctumni frigore primo

Lapsa cadunt folia—:

Ita eodem hoc tempore homines majore, quam
alias, numero in morbos incidunt, morte præ-
properâ occidunt: cuius rei culpatam Criticorum
non minus quam Medicorum princeps Galenus
cum inæquali hujus anni partis temperiei, tunc
copiosiori auctumnalium fructuum usui attri-
butum it. Et hæc caussa impulit Poëtas, ut au-
ctumnum morbiferum & letiferum dicerent, ut

A 2

Ro-

manæ fidicen lyræ eum nocentem appellaret, ut
divinâ vir scientiâ Hippocratès auctumnum non
tabidis tantum malum esse, sed etiam morbos
acutissimos & multo maxima ex parte pernicio-
sos adferre, tanquam ex tripode quodam pro-
nunciaret. Neq; verò opus est, ut exempla lon-
gius arcessamus, aut ex historia sacra decem le-
prosos, viduæ Naimæ filium, & alios, quos au-
tumnali hoc tempore Ecclesia nobis ob oculos
ponit, adducamus; domi namq; nostræ abunde
id ipsum testantur funera, quibus & hodiernum
elegantissimæ puellæ accedit. Ea est ANNA Ri-
demanninæ quæ d. XXVIII. Septembr. horâ octa-
vâ vespertinâ exempta vivis suorumq; spei, quam
eximiam concitarat, in ipso vernantis ævi flore,
acerbo funere subtracta est. Usq; adeo semper
mortales sumus, homines, & fatis obnoxii; &
cùm victuros nos maximè deputamus, desini-
mus. Mundi hujus lucem primam anno à CHRI-
STO nato millesimo sexcentesimo quadragesi-
mo secundo, d. XIX. Novembr. circa horam
nonam matutinam heic Rostochii aspexit, sor-
tita Patrem virum reverendum & clarissimum
DN. NICOLAUM RIDEMANNUM, Philos.
Mag, Ecclesiæ Christi ad B. Virginis apud Rosto-
chienses Diaconum maximè industrium; ma-
trem BARBARAM QUISTORPIAM, fœmi-
nam

nam virtutum matronalium claritate spectabili-
lem. Avus ejus paternus fuit HENRICUS RI-
DEMANN, Civis & negotiator Chiloni in Hol-
satia quondam inter suos spectatus, & hoc maxi-
mè nomine commendatus, quod æqui observan-
tissimus & religionis veræ fuerit amantissimus;
avia paterna ei fuit ANNA Dreyers/ quæ adhuc
superat & vitali vescitur aurâ. Avum maternum
habuit reverendæ dignationis, excellentissimæ
que virtutis ac doctrinæ virum DN, JOANNEM
QUISTORPIUM, S.S. Theologæ Doctorem,
Facultatis Seniorem & Ecclesiarum Rostochien-
sium Superattendentem olim atq; Antistitem,
cujus fama ac decus in hac clarissima Academia
durabit equidem, quamdiu & eruditioni ac pro-
bitati vitæ suus non deerit honor. Aviam mater-
nam habuit BARBARAM Domans/ matronam
omni laude, que cum sexum deceat, ornatissi-
mam; filiam STEPHANI DOMANNI, JC, &
Advocati apud Osnabrugenses quondam cele-
berrimi: magni illius DOMANNI, Civitatum
Anseaticarum Syndici quondam clarissimi, fra-
tris. Pueritiam domi egit in Parentum gremio,
assuefacta ad disciplinas eas ac artes quæ sexum
istum cum maximè commendant. Fuit eximiâ
indole, & ad virtutes quaslibet hauriendas facili
ac peridoneâ. De forma nihil afferam, quæ et si

A 3

con-

contemni planè non debet, ut naturæ privilegi-
um, donum fortunæ, muta commendatio, tamen
exiguï, donum breve temporis est, & sæpe defor-
mem ac distortum animum tegit: quid, quod ea
& vel cum pessimis communis. Securè racebitur
itaq;, ubi & meliores laudes adsunt non modò,
sed & certiores. Præcipue vero pietatis fuit
amans.

— O maxima rerum

ME 4 Et merito pietas homini tutissima virtus!

Nec tantum publicis sacris libenter interfuit, sed
& domi legendis libris Christianis, & in primis di-
vinis oraculis operam dedit. Præsertim vero in
iis Caput XXI. Apocal. Joann. de vita æternæ &
cælestis Hierosolymæ descriptione per quam li-
benter lexitavit, ejusq; explicationem à Paren-
tibus petiit. Pudicitia ita studuit, ut rustica inte-
rim auriculis non esset. Quod ut vitiosum est, ita
castitatis laudem mereri non potest. Quæ tunc
perfecta est, cum retricitatem non habet, & tota
suavis atq; amæna est. Munditiem amavit, squa-
lorem aversata est. Parentes obsequio ita delin-
vit ac cepit, ut in ea omnes delicias animi ac vo-
luptates suas ponerent. Didicerat jam Adolescen-
tula, Obedientia esse matræ felicitatis. Valetudine
fuit instabili. (Sunt verba Medici) morbis pueritiae aliis
atq;

atq; aliis, destillationibus præterea ad inferiora subinde
afflcta; ex quo fonte ante menses tres gravis in prima
coctionis organum fluxit affectus, unde, secuta humo-
rum corruptione, corporis atrophiā, in pristinum
statum reponi non potuit. Aegrota, quicquid etiam boni
remedii ab artiis medicae peritis adhiberetur. Interim
non deseruit partes, & probè meminerat, cuius
sacramentum portaret. Configiebat itaq; ad pre-
ces, & cum in humanis vix quicquam superesset
spei, in Deo solo nitendum sibi existimabat. Quo-
circa in morbi conflictu saepius ingemuit: O
CHRISTE fili D E I fer mihi opem: O JESU
fili David miserere mei. In hac devotione per-
mansit usq; ad extremæ horæ momentum, quo
suâ sponte gemebundâ & anxiâ voce recitavit
hanc precatiunculam. Hilff Helffer hilff in Angst
und Noth/ Erbarm dich mein &c. Et Parenti reci-
tanti: Wann mein Stündlein verhanden ist &c. in-
rentis oculis & auribus, cum admiratione cir-
cumstantium, auscultans, placidissimè inter has
cogitationes Spiritum emisit, & castam san-
ctamq; ac vetè virginem animam Virgini Sponso
reddidit. Digna omnino longiore vitâ fuisset,
propter & formæ, & ætatis florē, & in primis
animi pulcritudinem: Sed ea vitæ nostræ ratio est,
nascimur, obimus homines, nec mali tantum,
verum & boni, ac hi plerumq; densius, Deus ille
opti-

optimus, optima fere ad se trahit. Et hac facie & sentina, dignos luce meliori. Alios, aliâ horâ. Nihil tamen deterior ille, qui non diu in hac scena hæsit, quâm ille, qui longum carmen egit. Apud Deum vita longa non optima, sed innocentissima. Ac si vel ipso auditu venerandum nomen virginitatis est, ut illa in fabula censem, quantum erit obiisse puram atq; innuptam. In Christiana cum primis, si nullius viri amore quam Ejus arsis, quem solum amare atq; diligere, summa maximaq; felicitas est. Quam nunc in C H R I S T O Sponso suo cælesti consecuta est Nostra. A quo nullo casu, nullo se jungi divorcio in perpetuum potest. Sed hæc omnia ipsemet Parens satis provisa habet, igitur manum nos abstinemus.

Beatissimæ virginis reliquiæ postea horâ primâ mandabuntur terræ, vestrum igitur erit, C I-
V E S Academici, ejus exequias frequenti officio
celebrare, Id itaq; sedulo frequenterq; ut faciatis,
& nos monemus & ipsa Patriis viri reverendi me-
rita vos invitant. Nam quid non illi debebimus,
qui pro salute animarum nostrarum cum Colle-
gis suis diu noctuq; excubias agit?

*Qui præcent alii exemplo & voce, magistros
Omnibus officiis properate & amore mereri.
P. P. ad II. Octobr. anno recuperatae gratiæ clo-
Ioc LI.*


Conveniendum erit ad H. I. in æde B. Virgini sacra.




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775776866/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775776866/phys_0013)

DFG



atq; aliis, distillationibus præterea ad inferi
afficta; ex quo fonte ante menses tres gra
coctionis organum fluxit affectus, unde, se
rum corruptione, & corporis atrophiam, in
statum reponi non potuit. Egrota, quicquid
remedii ab artis medicae peritis adhiberetur
non deseruit partes, & probè memine
sacramentum portaret. Confugiebat it
ces, & cum in humanis vix quicquam
spei, in Deo solo nitendum sibi existim
circa in mortali conflicitu sæpius ing
CHRISTE fili DEI fer mihi opem:
fili David miserere mei. In hac dev
mansit usq; ad extremæ horæ momen
suâ sponte gemebundâ & anxiâ voce
hanc precatiunculam. Hilff Helffer h
und Noth/ Erbarm dich mein &c. Et Pa
tanti: Wann mein Stündlein verhande
rentis oculis & auribus, cum admir
cumstantium, auscultans, placidissim
cogitationes Spiritum emisit, & c
Et amq; ac vetè virginem animam Virg
reddidit. Digna omnino longiore
propter & formæ, & ætatis florém,
animi pulcritudinem: Sed ea vitæ nost
nascimur, obimus homines, nec ma
verum & boni, ac hi plerumq; densiu



the scale towards document